



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 66. Galli & Hollandi ab Hispanis cæsi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](#)

**Sæc. XVII.** fecerat, ut præfidiarii milites explicatais vexillis, sonantibus tympanis armati urbe excederent, quod & die decima nona Decembris factum, ingemiscentibus Cæsaris amicis, & plauidentibus Gallis, reique Catholice & Austriaco-Bavaricæ hostibus. Hujus jacturæ caussa potissimum in Goezii tarditatem rejiciebatur: unde mox Cæsar is jussu ad dicendam cauillam in Bavariam evocatur, nihilominus post biennii fere spatium dimissus, pristinæ dignitati restituitur.

### §. LXVI.

*Galli & Hollandi ab Hispanis cœsi.*

*Barre Hist. d' Allemagn. tom. 9.* **H**oc secundæ fortunæ successu apud Rhenum tripudiantibus Gallis ac Vinariensibus, Hispani e contrario in *Newill. Hist. d' Hollande tom. I.* Belgio adversus eosdem Gallos, Batavosque prospero pugnabant Marte: adeo in bellicis rebus fortuna lubrica est & versatilis, nec in firme vestigio invitâ teneri potest; quippe Batavi, postquam ductore Gulielmo Nassovio Comite Calloum propugnaculum haud procul Antverpia, inopina vi occuperant, vitio humanæ felicitatis, quæ semper ex prosperis luxuriat, partæ victoriæ fiducia securi necessaria validæ defensioni opera exstruere neglexerant: unde

unde ab Hispanis opportune conflu- Sæc. XVII.  
tibus oppresli, amissis quadraginta quin- A. C. 1638.  
que vexillis, tormentis novendecim,  
omni præterea annona, militarique ap-  
paratu ex munimento dejecti sunt: capti  
fuere bis mille quingenti unacum na-  
vigiis plusquam octoginta: Ex præsi-  
diariis vero maximam partem cæsi, aut  
in flumen protrusi aquis periere. Oc-  
cubuit quoque ex vulneribus Comitis  
Nassovii Filius, cujus jacturam Hol-  
landi ipsa urbe pretiosiorem summopere  
logebant. Pari fortunæ invidia ex illa  
Belgii parte, quæ Franciam attingit.  
Princeps Condæus & Espernonius Gal-  
lici exercitus Duces, qui Audomarum,  
Hesdinum, & Fonterabiam munitissi-  
mum Cantabrigi maris portum obsede-  
rant, non minore clade, quam infamia  
in Gallias, ab Octavio Piccolomi-  
næo & Thoma Sabaudiæ Principe re-  
pulsi sunt, captis ex primaria nobilitate  
quamplurimis, quos deinceps Hispani  
Bruxellas in triumphum abduxere, ac  
merito Gallis ex suis Theatris insulta-  
vere, ut vicem rependerent Parisinis,  
qui nuper captos Cæsaris Belliduces,  
ac præcipue Joannem de Werth in spe-  
ctaculum, sicut leonem quemdam Mar-  
maricum, aut Indicum Elephantum  
circumduxerant, necnon ex Cæfareo-  
Bavaricis vexillis in prælio captis in  
loco

Sæc. XVII. loco publico trophæum celebri pompa  
A. C. 1638. ac festiva tormentorum explosione ere-  
xerunt. Ceterum ex Gallis Fonter-  
bia depulsis capti fuere ferme quadri-  
genti, præter duo millia, quæ ferro  
aut undis occubuerent: impedimenta quo-  
que cum omni castrensi apparatu longe  
locupletissimo Hispanorum prædæ cel-  
serunt. Porro Espernonius & Condæus  
certatim alias alterum velut infaustæ  
expeditionis caussam criminabantur,  
cum interim revera seipsum quisque ju-  
stius pro parte sua, vel ambo simul  
mutuam inter se invidiam exagitare po-  
tuissent, cum neuter alteri adversus Hi-  
spanorum suppetias Audomaropolitane  
urbi currentes auxiliatus esset, &  
ambo ex fiducia propinquæ expugna-  
tio-  
nē stertentes, negligentius stationes  
egissent. Pariter Hollandi Geldriam  
incassum obsederant; cum enim Lam-  
boius Cæsarei exercitus Ductor capta  
Stralena arce sese Ferdinando Hispani  
exercitus Belliduci cum sex armatorum  
millibus jungeret, Hollandi partim ab  
inundantibus aquis, partim ferro ad  
internacionem deleti sunt.

## §. LXVII.

*Palatini Principes a Cæsareis  
profligati.*

Cum